



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 22. De Iudaeorum erroribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

De vil prosapia ponero & soletto,
Naque coſini nel Arabico ſeno,
Abdimonepoli fu il ſuo padre detto.

De quo etiam amplius Antonius Beuter Valen-
tinus lib. 1. Chronicorū Hispaniæ, c. 29.

Hic Mahometus inter populares ſuos Arabes
ſub Heraclio Imperatore, circa annos Domini
DCXII. militauit, de cuius exortu & fraudibus
Ioannes Zonaras tomo. 3. annualium in Heraclio ita
ſcribit: In eodem triūphali ex Persia reditu, Ma-
hometus Saraceno rum princeps Imperatorem
conuenit. Ei principatus non ex nobilitate gene-
ris contingat: Nam cum pauper eſſet, locuple-
ti cuīdam vidua mercede ſeruerat, quam preſti-
gijs quibusdam in amore ſui pellectam, vxore
duxerat. Sed quia comitiali morbo laborabat, &
ex interuallis impetu illius mali proſtratus, men-
te alienabatur: dominus ſuus, vxoriique & merori
& pudori fuit. Ceterum homo improbus Mona-
chum ſe nequorem načtus, ob peruersam reli-
gionem Byzantio exāctum: illius instinctu, vxo-
riat Archangelum Gabrielem de celo ad ſe de-
ſendentem, diuina quādam arcanaque ſibi re-
uelareſcunt ſpectum, quia ferre non poſſit,
ſe oboſta ex metu vertigine humi procumbere.
Ea verba testimonio dolofio Monachi conſirma-
bantur, qui mulieri dicebat, omnino Gabrielem
ad omnes Prophetas mitti ſolere. Ex eo mulier
abſoluto dedecore, ac potius Prophetæ coniugio
glorians, fabulam iſtam inter ceteras mulieres
ſpargit. Sic impurus ille apud ſuos populares,
Prophetæ nomen conſecutus, & vxoris mortuae
hæreditate locupletatus, Imaelitica genitū prin-
ceps, docto, & legislator eſt habitus, cum aliis
verbis ſeduxiſſet, alios Imperium detracēantes
ſtricto gladio ſibi ecedere coegiſſet. Iam enim ma-
num non cōtemnēdam fecerat. Is igitur ex Ae-
thribo progressus Imperatore conuenit, & regio-
nem ad habitandum petitam accepit. Cumque
omnes populares ſuos ad hunc modum deceptos
ſubgeiſſet, Syriam direptionibus vexauit, & mul-
tas Ramanorum prouincias euauauit. Ex eotē-
pore gens Imaelitarum Romanorū terrā incur-
ſare, & prædari nunquā deſtituit, batteñus Zona-
ras, cui conſentit Sāctus Antoninus par. 4. ti. 11.
c. 6. §. 1. & communiter omnes boni historici.

Vnde nullo pafco verum eſt quod ſcribit, gloſ. in
Clement. Cedit de Jud. & Sara, in verbo: Macho-
metum, dicens iſipum nutritum fuiffe à quodam cle-
rico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij Pa-
pe Quarti quādam petita imperare non potuifet,
apostolatuit a fide, & Machometum conueniens, eū
nixtrinuit. Rurſus id etiam eſt fabulosum, quod qui-
dam tradunt, videlicet Machometum fuiffe quendā
Cericum Christianum de Bononia ciuitate Italie
orundum, qui poſtea a fide catholicā apostatauerit.

Tamenſi autem perfidus hic Machometus hæ-
reticus nouuerit, Cum Christianam religionem num-
quam ſucepterit, nec fuerit baptizatus, merito tam-
en aliquibus velut à Lutzenburgo & Pratoelo
inter hereticos numeratur: nam omne herefim ve-
nientum quod diabolus in multos ſparſim hereticos
olim diſeminauit, in hunc impurum & bestialem

A Machometum ſimul cōprebenſum videtur euomuſiſ-
ſe: cum omnium fere hæretiarū errores in ſuo
Alcorano proponat ſue ſecta & hominibus creden-
dos, ut eleganter docet Frater Ricoldus ordinis Pre-
dicatorum in libro, quem inſcripsit, Confutatio le-
gis Machometica.

Hic ergo Machometus nouam ſectam excogitat,
in ea componenda, ut quidam tradunt, decem ſocios
habuit septem Arabes, Christianos tres, qui a fide
recesserat, quorū princeps Sergius Monachus Ar-
rianus fuiffe memoratur, qui librum legum nomine
superbiſſimo Alcoranum appellatum, ideſt, lectione
memoratur, & Ioannes Nestorianus, quibus ſu-
peruenit Iudeus Thalmudista. Ac talia quidem
ſuicrunt huius initia.

Machometis errores multi confutarunt, Beatus Qui confuta
Thomas opuſculo quodam 3. incipien. Beatus Pe- trus Macho-
metis errorum. Apostolus com. 17. Ricoldus ordinis Prædi-
torum. Bernardus Perez Valentinus libro quodam
cui titulum fecit Antialcoran. Pius Papa ſecondus
epiſtola quodam ad Machometum Turcarum prin-
cipem. Bartholomaeus Vngarus. Ioannes Turcre-
mata traſlatu quodam inſcripto, Contra principa-
les errores per fidem Macometi & Turcorum, qui ma-
nuſcriptus ſervatur Roma in bibliotheca Vaticana.
Armacanus lib. 10. de erroribus Armenorum, Ni-
colaus Cufa, & Ludovicus Vives Valentinus li. 4.
de veritate fidei Christiane, & alij, qui & dogma
te Saracenorum referunt, & confutant: ea ideo re-
cenſet Eymericus, quoniā multarū hærefim & ma-
lorum cauſa fuerunt, de qua late Prætolus lib. 11.
c. 3. de ſectis hæreticorum, & dixi copioſe in libris
de pœniis hæreticorum.

C Iti nec vetus totum teſtamentum, &c.) In
Barcinonensi impruſo, & Sabellano, deerat illa di-
ſio, totum, quam ſupplenimus ex Bononiensi, &
codice Cardinalis de Gambara. videbatur autem ne-
ceſſaria: quoniā Saraceni multa recipiunt ex ve-
teri teſtamento, ut mundi creationem, prophetas,
& id genus pleraque alia.

Sed de hac re vide diſtinctionem legis Hispanæ
ſepti partitæ, ti. 2. 5. l. 1. par. 7. quam nunc gratia bre-
uitatis non expendo.

QVÆSTIO XXII.

De Iudæorum erroribus.

S V M M A R. I V M.

- 1 Judei vnde diſti, & quos libros recipiant.
- 2 Que ſit eorum de Christo ſententia.
- 3 Inſtitiam ex lege veteri ſequi conſequi credunt.

E **N**igesima ſecunda quæſtio eſt: Errores
hærefes Iudæorum, quæ ſunt?
1 Ad hanc a respondemus, quod
Iudei à Iuda filio Iacob, ſiediciti, qn
que libros Moysi, & libros Regum
& Prophetarum de antiquo teſtamente recipiunt:
Teſtamentum nouum reſpūnt: Baptiſmuſ non
ſed circunciſionem admittunt: Sacra‐menta Ec-
clesiæ, niſi matrimonium, contemnunt: Articu-
los fidei, niſi creationis mundi, non credunt.

V 2 2 Domi-

2. Dominum nostrum Iesum Christum esse, & fuisse purum hominem, ac prophetam deceptorem, & detestabilem blasphemantes, menda citer, fallaciter, ac damnabiliter proferunt. Christum seu Messiam in lege promissum, qui iam venit, non agnoscentes, venturum pronuntiant, desiderant, & affectant.

3. Per solam legem veterem se iustificari existimant, & faluari: cum tamen secundum veritatem irreftagabilem fidei orthodoxam, non sit aliud nomen sub eculo datum hominibus, nisi nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo oporteat nos saluos fieri, teste Apostolo Petro.

COMMENT. XLVII.

Opportunitas recenset Eymericus aliquot Iudeorum errores, quād aliorum, de quibus egit hātēnus quoniam eorum infidelitas proximus accedit adhæresim: cū Christianę fidei in figura suscepit & omnino renuntat, ut ait Beatus Thomas 2.2.q.10.articu.6.

Num. 1.

a. Ad hanc respondemus, quod Iudei à Iuda, &c. Est autem Iudas Hebraice, Latine confessio: sed Iudei nominis proprietatem perscelus, cum filium Dei non agnoscunt, amiserunt, ut eleganter scribit Beatus Clemens lib.2.c.64. constitutionum Apostolicarum.

Num. 2.

b. Dominum Nostrum Iesum Christum, prophaner deceptorem & detestabilem blasphematis.] Quantum sit Iudeorum odium in Christianum, & impietas in Christianos, docent passim veterum monumenta, ac in primis Nicephorus lib.4.c.6. historie ecclesiasticae, & lib.14.c.16. & Beatus Clemens lib.2.c.64. constitutus. Apostolicarum, & 2.2.2. annalium in Imperio Heraclij.

Ab his multis heresies profluxisse statut Ori genes homilia quadam in Matthaeum, & Nicephorus lib.14.cap.14. historie ecclesiasticae narrat eos Alexandria pullos à Cyrillo, ut liberaret heresibus cinitatem, & ab Hispanis, patrum memoria, ob eandem causam a Ferdinando Quinto Rege Catholicō ciecos scimus. De his in iure canonico titulus extat de Iudeis, ubi multis etiam eorum impietates in Christianos licet contemplari, plurima quo que de Iudeis & contra Iudeos statuantur lib.12. legum Visigothorum (quas sanctus Isidorus recognouit) tit.1. & 3. Item in legibus Hispaniae septentrionalibus par.7.tit.24. per totum.

Qui confuta sint Iudeorū Iudeorum errores multi recensent & confutant ex antiquis frequenter Hieronymus, Augustinus, & reliqui Patres, cum se offert occasio in exponendis sacris litteris, quas ipsorum Rabini, ne de Christo qui iam venit loqui videantur, contorquent & depravant, & Isidorus Episcopus Hispalensis. Cyprianus duobus libris contra Iudeos. Tertullianus item in libro aduersus Iudeos. Athanasius in libro de Incarnatione verbi. Chrysostomus in orationibus aduersus Iudeos. Iustinus martyr Dialogo cum Triphone aduersus Iudeos. Paulus Burgensis in Scrutinio scripturam. Porchetus in libro inscripto, Historia corta Iudeos. Rabbi Samuel de aduentu Messiae. Julianus Pomerius aduersus Iudeos. Petrus

- A. Bles Archidiaconus Bathoniensis contra Iudeos. Guido Carmelita in summa de hereticis tit. de hereticis Iudeorum. Arnaldus Albertinus super Rubrica de brevet.lib.6.q.12. multos refert & refutat Iudeorum errores: item Jacobus de Valencia in questionib. contra Iudeos, & Nicolaus de Lyra in quolibetis questione itē edidit aduersus Iudeos. Petrus Bruttus Episcopus Catharensis opere inscripto. Victoria contra Iudeos, & copiose Petrus Galatinus in opere eruditio contra Iudeos. Ludovicus Vives lib.3. de veritate fidei Christianae. Sextus lib.2. tom.1: littera T. bibliotheca sancta, plurimos it refert Iudeorū errores ex libris Talmud exceptis. B. Andreas Tiraquellus de iure primogenitur. q.66. & copiose Finus Hadrianus in flagello contra Iudeos. Deniq; multas Iudeorū & Rabinorū frater ac imposituras nouissime detectis Leo Castris in disputione de translatione sacræ scripture prefata ad Esaiæ commentarios, præsentim ca. 17.19.20. 22. & aliquot sequentibus, item Prætolus lib.9.3. 31. de sectis hereticorum.

In signum vero Iudeorum perfidiae se peregrinantes Romani Pontifices, multis modis concursantes ad viam veritatis reducere, proposita illis Eugenii veritate, ac sublatis libris, quoniam lectione perdidores fierint et deteriores, ut constat ex rescripto in nocte IIII. incipiente, Impia Iudeorū et alio Nocolai incipiente: Vincā Soreth. Quæ cursum in primanda in Bullario litterarum Apostolicarum.

Et eadem sollicitudine Gregorius XIII. singulis hebdomadis Romæ die sabbati fidei Christianæ reritatem Iudeis hic commorantibus proponendas curauit, ne nullum salutis remedium, & beneficis-lutaris genus eis deesse videatur.

Iudei autem delinquentes multis modis potestiti Inquisitorum subiectiuntur: quod quando coniugat, dicam cum Eymericu infra bac 2. par. q. 46. de quo etiam extat domini Gregorij Pape XIII. extrauagans, cuius initium est: Antiqua Iudeorum. impressa in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sancte Inquisitionis.

Postremo cum de erroribus Iudeorum agitur, obseruandum hic est quod admonui supra in hac 1. parte super q.5. de erroribus ab ipso Christo damnatis, videlicet inter Iudeos variis olim viguisse sectas, ac peculiares quosdam errores vnamquamque tenuisse sicut docet Sanctus Epiphanius lib.1. tom.1. contra heres, heresi. 14.15. & aliquot sequentibus, & Beatus Clemens Papa 1. lib.6. constitutionum Apostolicarum, c.6. & Eusebius lib.4.c.21. historie ecclesiasticae. & Isidorus lib.8. Etymolog. c.4. & Beatus Antonius in summa, parte 4. tit.11. cap.6. §.1.

Q V A S T I O X X I I I .

De libris hereticis, seu apocryphis, de quibus in Decretis.

Nigesimaquinta quæstio est. Libri hereticales erronei, seu apocryphi, de quibus agitur in Decretis per Ecclesiam condemnatis: qui sunt?

Ad